

sic condivit ordinationes, utile ut dulci opportunè miscuerit.

Demum legimus *Epistolam hispanā* lingvā datam ad Marchionem de la Mexorada paginas plus viginti adimplentem, ut scriptis Regis nomine, & titulo *Expositiones* vulgo *Manifestos* anno 1709. publicatis, faceret satis, Principemque suum ab impostoribus liberaret. Sunt ejus Mexici & alibi exemplaria quam plura.

Scripta Theologica, quæ docendi partes expensi & in Academia Mexicana & in domesti- cis Gymnasijs pro erudiendis juvenibus concinnavit, siletio properca involuta relinquisimus, quod eorum nos tituli fugiant & argumenta, ut codices ipsi Academicum Archivium Librumque pro signandis annuis præcettioribus effugerunt, non dum missis in possessionem statutis hæc præcipientibus.

Nostri, nec sine elogijs debitis, meminere Clarissimus D. Carolus de Siguenza, tum in Libro de Queretarenſis Urbis decore & gloria pag. 6. tum in Trium- pho parthenico fol. 89, col. 1. P. Balthazar de Medina in Chro- nici Provinciae S. Didaci Mexi- canæ Franciscanorum nudipedum fol. 255. n. 887. P. Franciscus de Florencia in Historia Societa- tis JESU Provincia Novæ Hispaniæ pag. 82. num. 86. P. Julianus Gutierrez Davila in Monu- mentis Historicis Congregatio- nis Oratori Mexicanensis parte

1. pag. 30. n. 65. ubi & brevem nostri ad Oratorienses PP. Epis- tolam afferit, & pro eximio ad eosdem transmissio dono, particu- la scilicet ex præcordijs S. Phi- lippi Nerij deprompta, grati re- stimonium animi exhibet; & pag. 87. num. 216. è MSS. Plaza in Chronicis Universitatis lib. 5. to- to cap. 24.

332 D. ANTONIUS DE MO- RALEZ PASTRANA, Natione Mexicanus & Patria, amenio- ribus unà & sacris litteris de- lectatus, cùm hispanis, tum etiam latinis, nec minus so- lutâ doctis quam ligata oratione, multi ab eruditis habitus ut ex corundem censuris Opusculo 1. mox laudando præfixis sit palam; doctrinæ specimen &, fa- cudiæ juxtaque pictatis exhibuit, publicatis, multa imbutis eruditio- ne, hisce Opellis idiomate his- panio.

Solemnis, plausibilis, & festiva pompa pro Beatificatione plaudenda Gloriose Virginis Limenis Rose de S. Maria. Mexici, ex Typographia Luperciana 1671. in quart.

Sanctissima Virginis Deiparentis Dolores metro expositi. Mexici, ex Officina Joannis Josephi de Guillea Carrasco 1694. in octavo.

+ 333 D. ANTONIUS MORE- LOS, cuius Natio nobis & Pa- tria sunt in anticipo, apud novam Galliciam Aetuarium Regius, non ita publicis conficiendis deditus instrumentis, ut in amerioribus

litte-

litteris non ipse instructus satis esset atque eruditus; nec forum sic quotidie frequentans, ut non itidem Parnassum adiret, sua ad- versus Musas unà Præsidemque Regij Goadalaxarenſis Conventus juridici gratitudinis & observan- tiae testimonium scripto dedit, quod nobilissimæ ejusdem Civi- tatis nomine posuit, hispanis veribus prosequens debitas vi- to laudes illustri, qui insignem flumini magno dicto Tololo- tlan, pontem super induxit, alia que in Reipublicæ commodum monumenta egregia posuerit. Ti- tulus opellæ sic habet hispanicè scripte.

Grates à Nobilissima Fidelissima que Urbe Goadalaxarenſi relata illa- stri admodum D. Thoma Teran de los Rios, Gubernatori suo, quod Pon- tem fluvio magno Tololotlan egre- gium dederit, aliaque, ipso rerum po- nente, opera utilitat acceſſerint pu- blice. Mexici, apud Joannem Fran- ciscum de Ortega 1721. in quart.

334 Fr. ANTONIUS MORE- NO, Domicilio quidem Mexicanus, sinminus Patria & Natione, quorum incerti sumus, Pro- vinciæ S. Evangelij Franciscano- rum PP. alumnus, Conventus que Mexici Guardianus, Pri- marius Sacrae Theologiæ Lector, & apud S. Inquisitionis Officium à Censuris, concessionem à se ha- bitam in Templo S. Joannis de Deo Hospitalitatis Parente, pro ipsis in Cœlitum album recens scripti heroicæ virtute laudibus ef-

Nz

Even-

ferendâ, typis excudendam tradi- dit cum alijs per octiduum id loci dictis, ceterisque solenniſ- simo in festo religionis juxta & ingenij monumentis. Extat his- panio sermone

Panegyris in Canonizazione S. Joannis de Deo.

In Libro de Apoteosi S. Fun- datoris Mexici celebrata ab ejus Instituti Provinciâ Sancti Spiritus, Authore D. Joanne Ramirez Sah- tibañes. Mexici, ex Typographia Luperciana 1702. in quart.

Mss Nostri
Traditiones Philosophica & Theologica. Concionesque

Si in has paginas adducantur à Socijs grates ipsis habebimus.

335 D. ANTONIUS DE MOR- GA, cuius Natio nobis incomper- ta est & Patria, Domicilio Me- xicanus, ad Philippinas Insulas id temporis trajecerat, cùm primum Senatus Regius ibidem institue- retur; ad quem evenitus quod & Doctor esset juris peritus & cœ- terâ pro munere virtute polleret, non eo tantum nomine insignis evasit, sed quod etiam Guber- natoris hon ita pridem detecte Regionis vices strenue gesserit, non minus bellicis expeditionibus clau- rus, quam prudentia & consilio in Reipublicæ negotijs agendis illustris. Inde Mexicum delatus, Togatis ijs adscriptus Regis im- perio fuit, qui Vindices crimi- nium audiunt, atque interea loci edidit idiomate hispano librum scriptum,

Eventus Insularum Philippinarum. Mexici, typis Hieronymi Balli 1609, in quarto.

Meminere Authoris & Operis D. Nicolaus Antonius in Biblioteca Hispania novâ tom. 1. pag. 115. & D. Antonius de Leon, in Occidentali tom. 2. editionis novissimæ col. 635. P. Fr. Josephus de Torrubia Franciscanus, amicus noster, in Dissert. Histor. Politic. de Mahometisimo in Philippinas Insulas propagato, pag. 66. edit. Madritanæ 1736. ubi & Authoris elogium texuit & Operis.

336 P. ANTONIUS NUÑEZ DE MIRANDA, Natione Mexicanus, in Oppido Fresnillo, argenti fodiis insigni, prope inclitam Zacatecanorum Urbe, ad multa & magna gerenda natus est 4. Novembri anno 1618 Parentibus nobilitate claris, pietate illustrioribus, Didaco Nuñez de Miranda, qui mox dictum Oppidum detexuerat, & D. Hieronyma de Valdecañas, à quibus christiane institutus atque politicè, ut imbucetur Latinitate in proximam JESU Societatis Scholam apud Zacatecas florétem transmissus, egregium jam inde virtutis & doctrinæ, quibus futurus erat dotibus ad stuporem eximus, specimen dedit. Mexicanum deductus pro Philosophicis litteris addiscendis, P. Petrum de Prado, multa eas laude in Maximo SS. AA. Petri & Pauli Societatis JESU Collegio profiten-

rem, Magistrum audivit, cui etiam ob ingenij, memoria, & assiduę in studio ac virtute exercitatio- nis doctes præclaras, in primis ar- rissit, à Sodalibus interea magni habitus, quod & eruditio ipsius præiret, & christianæ pietatis exemplo, ut subinde audiret Gre- gorius Lopez, per inde quasi hu- jusc Clariſſimi Anacoritæ modeſtiam referret & probitatem, nil moratus juvenum sensa diætaque, ut globulos precatorios ad collum appensos gestaret, non clam, sed palam & super Clericalem, qua inducatur, vestem (Erat enim jam tum Ordinibus minoribus initiatus.) Baccalaureatus laurea in Universitate Mexicæ dona- tus eo loco fuit & honore, qui proæctioribus in Cursu tribus ju- re decernitur.

337 A JESU autem in suam Societatem vocatus, huic se to- tum Familiae devovit, seque in- ſtituendum in omnibus dedit, quam eximiā in posterum glo- riā coronatus erat. Probatio- nis annis non sine egregiæ vir- tutis specimine religiose trans- actis, emissisque votis quibus se Deo religavit & Societati, man- fuctioribus litteris excolendis tra- ducitur, annum, de more, in cis- positurus; ſemel tamen studio & exercitatione adeo eruditus promptusque invenitur, pro co- quo pollebat ingenio penitus singulari & simili conjuco memo- ria, ut supervacaneum Magistri Superiorisque judicantes tempus dif-

discēdo terere quod utilius longe docendo impenderet, Grammatica Praeceptorem Vallisoleti Micho- canensem constituant, qua strenue usus spartæ, Mexicanum advocatur Theologis ut incum- bat studijs. In his porro ita di- ligenter versatur, primas ut inter Sodales facile tulent, atque una cum strictiori Regularum obser- vantia, & virtutum exercitio pla- niè mirando, amenciorum Opti- cula litterarum sociari, ab extre- mis requisitus, ut quā soluta, qua ligata versibus oratione, cum hispanā, tum etiam latina pro va- rijs argumentis quotidie fere luderet. Absoluto quadriennio, theses per diem integrum publi- cè in Collegio Maximo propug- navit, mane quidem decem & octo divitas titulis ex universa Scholastica Theologia depróptas, vespere autem ex utroque jure petitas sex alijs propositas titu- lis, adstantibus Auditoribus Re- gis, Doctoribusque argentibus ſapientissimis, ac mirantibus ho- minem Theologum juris perito- rum adita penetrasse, atque in alienam, quam studio & inge- nio propriam fecerat mēsem, fal- cem multa ſibi frage miſisse. Et ex tunc quidem ad nostra usque tempora mos invaluit, ut in hi- ce Majoribus, ut dicuntur, concertationibus vespertina thema- ta è Canonico ac Civili Jure pe- tantur magno certè Magistrorum & disciplolorum compendio, qui his jactis fundamentis, insignia

superextrahunt opera Theojuri- dica, confulentibus valde utilia. Hercle, Noſter hinc parare eru- ditionem illam juris cœpit exi- miam, de qua mox ferme re- curret.

338 Inter ea loci Sacerdotio ipſe jam consecratus, ad plura que natus, multis applicitus mu- nijs à Superioribus, omnibus ca- numetis religioſe juxta & indu- ſtis ad Dei gloriam gefit. Quin- quies Miniflum egit, Angelopoli ad S. Spiritus, Mexici ad Má- ximum, & ter in eo quod Tepoz- zotlani pro Novitorum instru- tione destinatum est, quibus sic ſemel in ſpiritu formandis in- cubuit, ut inſimul ijs qui vota jam emiſſerant, inibique morabantur humanioribus disciplinis imbu- di, has tradiderit politiſſime. Tum repente Philosophiam professu- rus vocatur, quod agrā prepedi- to valetudine Praeceptore qui Cur- sum Mexici incepit, pro co- que alijs ad tempus ſubstitutis & alijs, integer præterlapsus jam fuerat annus, verenturque Co- legij & Studiorum Moderatores, malè tot doctrinæ centones audi- toribus cefſuros, quod verò noſtri & ingenium noſſerent, & erudi- tionem perſpectam haberent, & diligenter ac promptitudinem in arduis quibuslibet ſingularem fuiffent experiri, ſpem in eo om- neum collocarunt, fore ut unus his mederetur resque tandem auſpicato eveniret. Certè, neu- tiquam falſos fuiffe ſuccelus do- cuit:

cuit; nam Physicam aggressus conscribere pro quotidianis prælectionibus, ut partitis horis Logicam etiam traderet, discipulos a varia quam texuerant tela liberaturas, nocturnam sibi quietem fere omnem subtraxit, dedit que clucubrandis angustissimo tempore omnibus, quin propterea ullam ex destinatis pro instituto orationi & sacris functionibus horam intermitteret, Deo in primis ac divinis vacans; quo mire propitio & favente, res è voto succedit, discipulis egregie eruditis, qui eximia dein laude claruerunt, Patriæque honori fuerunt & ornamento minimè vulgari; quos inter caput extulere Illm. D. Isidorus de Sarriana, Episcopus Antequerensis; D. Alphonsus Albertus de Velasco, qui Archiepiscopalis Manila Infusilis se subduxit; M. Fr. Augustinus Dorantes, Prædicatorum Ordinis decus sua atate eximium, notissimus apud Quesidores Fidei Censor; M. F. Pachasius Trcto, Mercedensis Ordinis alumnus à litteris & virtutibus commendatus, aliquje clari dotibus viri.

339 Ubi Cursum absolverat, interstitio Tepoztlami, ut diximus, factò, iterum Philosophiam tradere jubetur Anglopoli, quam à capite exorius ad calcem deducit, auditoribus nihilo doctrinâ minoribus, è quibus munere etiâ conspicuus evâst D. Joannes de Urquiola, Regij Guatemalensis Audit orij Togatus, Mexicanus

deinde Triumvir. Adhuc intermissa, ad exiguum spatiū pæstrâ, eidem ulterius sistitur in eo ipso Angelopolitano Collegio, mox in Guatimalensi, ac demum in Mexicano Theologicis prepositus Cathedris, cùm alijs pro Sacrorum interpretatione Bibliorum & Moraliū tractatione difficultatum, tum etiam Vespertina ac Primaria, quæ extricandis speculativa Theosophic nodis sunt destinatae: & in his quidem Mexici annos undecim posuit, quies si alibi Gymnasiorum impensos addas, supra viginti supputabis in docendi munere inlumptos ab ipso. Ut tamen & eruditione prævalebat omnigenâ, & nulli unquam labori parcerat, atque unius Dei gloria multis augendâ modis inhiabat, ita demum Scholarum negotia peragebat, simul ut multis deditus alijs, nulla præpeditus difficultate rerum, aut detentus multitudine & varietate, singulis expediter se facile, & feliciter cuncta absolveret: nam & domi & foris frequentissimas juxta & doctissimas conciones habebat, confessiones non modò ad Tempa Collegiaque, in quibus morabatur, adventantium excipere jucundum sibi erat & familiare, verum etiam languentium, quies opem ferre in delicijs ducebat, quosque in Valerudinarijs invictebat ac solabatur.

340 His, responsa adjiciebat consultus de rebus gravissimis,

ceu Oraculum undique requisitus, atque in primis à Fidei Quæstoribus, qui co usi fuere supra triginta annis, Cenfore, ipsi ceterisque ornatissimis ejusdem Consistorij Ministris probatissimo. Tanta siquidem ejus erat apud Sapientes quosque viros existimatio, ut muneri Socij consultandi gratia convenientes & disquirendi apud Sacrum Tribunal, audire illum in primis vellent compendij ergo, quod unus ille omnia affluentissimâ doctrinâ copiâ, quæ optari in re posset, exhaustire soleret. Supremum quoque S. Inquisitionis Consilium Hispanum tanti eum merito fecit, ut degentem Mexici, in arduo equidem puncto consilendum duxerit, & verò etiam in ejusdem sententiam respondentis abiexit. Prudentes sane vii & doctissimi in ea fuere existimatione, ut si eo tempore Concilium Generale à Romano Pontifice indicaretur, dignissimus ille esset, qui primarios inter Theologos compareret, Ecclesiæ Dei admodum profuturus.

341 Scilicet tantâ prædives erat eruditione cùm sacra, tum prophânâ, ut nisi Proceribus in litteraria Republica eruditissimis, qui Phenice, ut est in proverbio, rariores sunt, comparari haud posset: raro enim conjungi in uno solent homine dotes eximiae, quies illum D. O. M. ad stuporem usque locupletavit: facili in primis adeò felicique & tenace memo-

riâ, semel ut lectum librum, perinde quasi ære incisum perpetuo teneret, mirareturque subinde eos qui secundò ejusdem lectio- ni voluminis operam darent: quæ recens in lucem prodijsent leti- pta diligenter quærebant legebant que à capite ad calcem, tum vero quid in cis novi invenirentur. Socijs indicabat, reliqua penes tales & tales Authorem reperi- ri jam pridem: nec sententias duntaxat librorum, sed folia etiâ & paginas, sub quibus ille con- tinebantur, promptè indicabat, ut experti sunt plures qui cum eo agebant, fidemque facit qui ejus conscripsit vitam accuratissimum P. Oviedo. Hinc cœcuenti in extremis annis, & per integrum morti proximum lumini- bus penitus capto, integrum tam- en erat conciones multis & longis Patrum testimonij refer- tas Amanuensi dictare, dicereque è superiori loco, angustijs nân- quam temporis impedito, socij que auxilio libros, quos è re pe- tebat, & quorum indigitabat op- portuna argumento suo loca, af- ferentes: hujus itidem ministe- rio pridie legentis, Missam quamlibet recitabat citra prolaphonem exactè, longèque facilius curren- tis dici Officium Ecclesiasticum persolvebat, Breyiarium, quâ la- te patet, omne memoriâ tenens. Huic par nactus ingenium acutissimum & promptissimum, ju- diciumque præstant & acre, affi- duitatem & propensionem ad lit-

teras incredibilem juxxit, ut ne momentum quidem temporis praterlabi pataretur, quin aus divinis, aut quæ ijs concernunt rebus, aut lectioni scriptiorique daret, atque adeo animatam ageret Bibliothecam, ne dum humiorum literarum & Philosophia Theologiaque Scholasticae, sed etiam Positiva & Moralis, in qua quidem parte fassus ipse est, nunquam audivisse Scriptorem esse ultum, quin hac illaque conquisitum comparasset, ac totum legisset. Quod autem persuasum haberet, Theologum, consummatus ut sit, oportere juris esse valde peritum, huic se valtissime Facultati excolendè dedie impense, eo quidem profectu, ut vel ejusdem Professores doctissimi, Patronique causarum exercitatis illum consulerent in difficultioribus Fori punctis, matri semper hominius etiam in extranea Scientia copiam, & mirabilem cogitandi ac loquendi fecunditatem & proprietatem. Nec Historiam pretermisit & Criticam, facili quidem negotio familiarem homini in tantâ memoria felicitate, lectionis assiduitate, & maturitate Judicij, ut propterea calamum nonnumquam hisce admovetit, interque à se edita extensè quoque Historica Critica sane pulcherrima, quæ suis infra sedibus collocabimus.

342 Tot porro deditum ministerijs, nec dum Scholarum absoluimus oneribus, quæ Magistri

ferunt studiorumque Præfectus, præfecere Superioris Insigni admodum Sodalicio, quod à concepta circa labem Virgine Deiparente Purissimâ nomen habet, nuperque opera Venerabilis Patris Petri Joannis Castini in eodem Collegio Maximo conditum fuerat. Viget quidem illud & florēt etiam in centenario antiquius, tantâ undique gloria conspicuum, illustriori ut nulli concedat, æquetque primaria ex innumeris que toto Orbe regit clarissima JESU Societatis Familia: Ecclesiasticis una ac prophanic coalet hominibus, clarioribus ex utroq ordine illuc confluentibus, scilicet Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicis, Universitatis alumnis, Doctoribus Antecessoribusque, & è Clero plurimis pietate & doctrina conspicuis, nec semel ex Ordinibus Regularibus viris claris, Auditoribus Regijs, Patronis causarum, ac multis Curiae administris, Equitibus, alijs que multis, nullo tamen qui non ex honesta domo prodierit, atque hispano satus sanguine expersus deturantis famam macula fuerit, denum, ipsis quandoque Mexicis Pro-Regibus.

343 Jecerat quidem hujuscce fundamenta Congregationis pijssimus P. Castini, supraque viennium eam soverat egregio, quo astuabat, zelo Dei gloriæ salutisque animarum, atque ut ipsam servaret promoveretque & illustriorem reddiceret longius No-

ster,

ster, is ut in ejus decūpientis locum sufficeretur author fuit, demortuique partes ut impleret Familia Rectorum imperio. Mirum profecto est, qua ipse alacritate munus arripuerit, quatores triginta duos annos constantiā tenuerit, & quantâ Sodalitij gloriæ & utilitate in spiritualibus temporalibusque illi presuerit. Quod enim Sodales convenient pro institutis exercitijs agendis in Sacellum vetustate fastidens, sepeliendis defunctis in Collegio Patribus destinatum, & cum alijs incommode nominimus, tum etiam angustum, nec tot capiendis viris aptum; Noster angustissimum plane aggressus est aliud à fundamentis, Dei innixus providentia, qua sibi propitiâ biennio illud absolvit tam amplum quidem, ornatum, & pulchrum, ut templo par dixeris haud ignobili, quinquaginta mille argenteis uncialibus demum expensis, cum tamen quinquaginta duntaxat, ex dividendo talari palio sibi donato, pro auspicio magnifice opere in promptu habuerit. Altaria præterea, picturas, sacra vasa, lampades, multaque his affinia ex argento & auro conffata, vestimenta secundum ecclesiasticum morem multa & pretiosa, cunctamque superilexile pro divinis mysterijs cōficiendis insigni pompa, plurimo ære adjicenda curavit. Adhac contiguum Sacello cubiculum ita scite dispositum, ut & Patrem Con-

Pp

gregationis Præfectum commode caperet, & asservandis mobilibus presto inde deducendis in usum inserviret: Bibliothecam itidem satis instructam condidit, ne Collegii communem Sodalitij Rector pro tempore, hujus quidem impendio, cogiceret quotidie repetere, cum pro disponendis concionibus, tum etiam pro studijs alijs ordinarijs aut occurrentibus.

344 Potiores tamen curas suas instruendis in spiritu Sodalibus posuit, ad quos semel in hebdomada concurrentes è suggestu dicebat sapientissime juxta ac pijssime, id unum præ oculis semper habens, ut à virtutis quam longissime distitos auditores suos perpetuo servaret, & Christianis deditos exercendis virtutibus alacriores ferventiores que faceret: in quem itidem finem plerosque excipiebat in conclave venientes, privata monita & responsa publicis adjiciens exhortationibus. In Valetudinaria & Carceres, statutis diebus, suis præbat, à quibus subsidia pro juvandis miseriis illis sic postulabat, multi ut sua sponte illa suppeditarent, conditos domi cibos secum deferrent, ac multis charitatis officijs illos complectentur, exemplo æque ac verbis omnes ad iithac peragenda prævalide urgens. Et quamvis nullum ex his quæ sunt Mexici Xenodochijs præteriret, quin, ut mox diximus, visitaret, frequentius tamen, licet

licet ter aut bis ut minimum singulis mensibus domum pro tenendis amentibus destinatam, quam à S. Hippolyto dicimus, atque ab ejusdem nominis Religiosis de Charitate regitur, cum Sodalibus adibat, quam sibi iij provinciam strenue, haud minus quam ante memoratas, eximiā hactenus charitate subire neutrum quam defitere. Nec his ille contentus, perpetuos quæsivit obtinuitque redditus, ut jentaculum cœnæque mente captis per dies singulos administraretur. Quanta porrò hæc ipse pietate & misericordia moliretur & ageret, difficile est dictu, cum ad exactam perfectionis normam omnia dirigeret, ad quam pariter ut Sodales reduceret, minimè irrito conatu gestiebat.

345 Sanè, tanti Sodalitium sibi à Deo commissum faciebat, Deicarentemq; cuius cohonestatur titulo, desperbat amore, divelli ab ipso nunquam ut pausus fuerit, quamquam & Rectoris Maximi Collegij munus obicerit, & ipsam Novæ Hispaniæ Provinciam suam rexerit, Congregationi intentus perinde ac si nil præterea cogitandum haberet. Multa quidem mente volvebat, atque irrequieto semper motu varia curabat, tam illa inter se dissita quam quæ maximè, nihil tamen cum haberet antiquius quam omnia in Dei gloriam & animarum salutem, suæque in primis perfectionem eximiam re-

ferre, sanctè singula peragebat, inque cunctis Deum cogitabat.

346 Theologicas indefessè colebat virtutes, moralibus insimul cunctis exercendis intentus, deque augenda in dies christiana perfectione sollicitus, ad quam avidius prosequendam singulis annis per decem dies aut octo sedecens, Exercitijs spiritualibus vacans, inflammabat se, nec legnius quotidianis & longis meditationibus perurgebat. Fidem frequentissimâ Dei, quem præ oculis semper habebat, cogitatione ac reverentia excultam auctam que recreabat, cui igniculus breviusculis orationibus adjiciebat. Spe verò pollens egregiâ, nihil non moliebatur arduum deducbatque ad finem, Deo ipsis votis obsecundante: & hac quidem arte, pauperati, quam voverat, summopere addictus, quatuor in Dei honorem Templâ construxit, ampla scilicet & pulcherrima. Nam & Sacellum Purissimæ nomine clarum, quod diximus, Templo haud inferius à fundamentis condidit, gravissimis difficultibus superatis; & Basilicam S. Gregorij, Collegij Societatis JESU Mexici destinati Patribus Indorum vacaturis doctrine, similiter extruxit; & Santandreas Ædes tyronum institutioni ejusdem familiae non ignobiles certè instituit; & à S. Laurentio nominatum Templum erexit pro Monialibus quæ ab ipso dicuntur, jam pridem cō agentibus,

bus, quod antiquitate & angustiâ pristinum laboraret: adhæc aliud etiam pro sacris Virginibus à Beatissimâ Deicarente Vallis veniaæ dictis, si minus integrum, se majorē tamen partem ipsi in acceptis refert, cujus interventu multa argenteorum millia ejus destinata fuere fabricationi. Alios enim inter pietate juxta opibusque florentes Mexicanos, quibus volupe erat consilio manuque Nostri erogare pecunias, eminuerunt viri Clarissimi D. Joannes de Echavarria Equestris Ordinis S. Jacobi, qui litteras in juventute coluerat, Consiliumque Universitatis nostræ egerat, & D. Andreas de Carbalal & Tapia, quorum præter haec tenacra, extant monumenta Religionis amplissima, à quisque delectus Noster egregijs ut intenderet machinis, nullum ipse non movit lapidem, politissime ut evaderent moles, & omnibus numeris absoluta.

347 His similibusque Patronis adjutus, inexplibili adversus Proximos deditus charitati, pauperibus per hebdomadas multis subveniebat, in primis foemini egestate periclitantibus facileque lapsuris, ijs etiam qui erubelcent mendicare, quod nobili sanguine sati quondamque abundassent divitijs: carceralis hominibus, quibus ut Collegij Patres Mexicanæ stipem ferre possent haud raro, redditus consignavit perpetuos: multis etiam

sacris Virginibus aliquaque egenitibus, adeò ut suppuratione ad quinquenium facta, septem unciam argenteorum millia minutum erogasse fuerit inventus, neque facile ea putari valent numeris, quæ in largiores eleemosynas posuit, vel in dantibus pueris religiosam in Monasterijs vitam acturis, vel in similibus. Et quamvis ab eis, quos superius nominavimus, aliquaque divitibus viris nullo ipse negotio pecunias in hos impendendas usus acciperet; multoties tamen egregio cas mendicabat rubore, repulsam passus atque convicia, quæs deterrebatur minimè quominus infisteret sublevatur proximorum miseriam, Deique voluntati consulturus & gloriæ.

348 Hinc suam potissimum operam collocabat in spirituali subfido, confessiones quotidie plures excipiens domi, forisque vocatus ab ægris, maxima etiam sui defatigatione, adeò ut in ultimâ ætate septuagenariâ longe majore, quo tempore lues Urbem invaserat, captus licet jam esset luminibus, hinc inde discurrere socij juvamine non veneretur demississimos inter imbræ, per que lutulentia loca cœpitans, Deo tamen favente, proflus incolmis. Sanctimoniales nullis non curabat officijs, ipsas ut alacriores in statu suo redderet, Deo que egregiâ pietate famularentur: frequentissimas spirituque redundantes conciones ad illas dicebat:

scrip-

Scriptis etiam libris hortabatur, viamq; perfectionis monstrabat: aderat confessionibus audiendis, dirigendisque in cœlum ipsis, quibus inter efloruit magnum nomén Joanna Agnes à Cruce ad S. Hieronymi, quæ eo duce religiosam vitam fuit amplexata, studijsque deinceps, ut luo scripturi sumus loco, ad stuporem usque sapientum insignis, ad extremum eis se abdicans omnibus, atque univacans Deo, non tam currere in arduo Perfectio- nis itinere, quam volare Nostro visa est.

349 Atque his erga Proxi- mos dilectionis officijs, qua in Deum exæstuabat, mirabilem charitatem intentius fovebat, Dei in omnibus gloriam procurans, cui inservire diligentissime sat- gebat. Nec mirum tantis ipse amoris divini flammis corripere- tur, quas & quotidianis mcdita- tionibus, & frequentissimis pre- cationibus, & exactissimis con- sciencie discussionibus, & repeti- tis in die religiosis ad SS. Eucha- ristia Sacramentum obsequijs, & plurimis pietatis exercitijs ve- getiores habebat & vivaciore. Quater & decies ad minus sin- gulis diebus proximum cubicu- lo suo Sacellum adibat, è supe-riori choro, latenter ut Christum sub panis speciebus veneraretur factâ oratione, coram quo flexis humi genibus multoties & Ho- ras Canonicas & Marianum Psal- pterium, aliasque recitabat pias

preces. Ad Aras facere nunquam destitit nisi admodum gravi va- letudine præpeditus, adeo ut viam quæ ducit Mexicum è Goatema- la conficiens, trecentis non mi- nus leuis constantem, ne uno quidem die à sacrificando absti- nuerit, egregiâ defatigatione lo- cum procurans, in vastâ illâ so- litudine montibusque inaccessis, dicatum sacris hisque peragen- dis idoneum. Ipsi itidem ductus religione multis Mexici annis ad SS. AA. Petri & Pauli Eccle- siastica celebravit Officia feria sexta in Parasceve & Sabbato Sancto, ne istis quidem diebus Communione Iesu-Christi Cor- poris orbaretur: arque ut in ejus le laudes Sacramentum instituen- tis & amores effunderet. Feria quinta in Cœna Domini concio- nem, quæ inter Missarum habe- tur solennia, annuentibus Su- perioribus, sibi arrogaverat. Fre- quentem communicandi usum, ea qua par est reverentia, pro- movit maximè, quam in rem, cum alios Tractatus emissit, tum etiam doctissimum Librum pro Innocen- tij XI Decreto ea de re exponen- do. Tragediam vero patientis JE- SU, cum multis per annum me- ditationibus secum animo repu- taret & voveret, tum potissimum tempore Quadragesimæ, quo Sodalibus suis sic cam palam proponebat concionibus, ut interim a gemitibus & lachrymis nullus ipse temperare potuerit, quas uberiores longè fundebat ea

die

die quæ recolenda Servatoris morti destinata est in majore hebdomadâ, & per tres solen- nissimè unâ ac funestissimè ho- ras ejus in Sacello Purissimæ me- moria fit.

350 Deiparenti Sanctissima jam inde à primis annis deditus, ad extreum usque vitæ famulatus est demiissime, ceu Matri sua ac Domina, quam nullis non co- lere officijs studuit, atque ut simili- ter à Sodalibus suis habetur, & ab his quibuscum agbat omnibus, semper conatus est. Longiores ne simus, alijs prætermi- lis pietatis in Beatissimam Virgi- nem documentis, argumento fit ejusdem amoris, integrum quod recitabat quotidie Psalterium Virginum, hoc est, quindecim decades Salutationum Angelicarum, quas Rosarium dicimus, quodque ter in die repetebat eo tempore, quo, casus luminis, le- ctioni vacare & studio librorum prohibebatur: hinc etiam prima quoque mensis Dominica die Ec- cleiam adibat Patrum Prædicatorum, Supplicationem comita- turus, quæ ab ipsis & Rosarij Confratribus instituitur. Coelites egregio prosecutus amore, ijs ad- dictius fide dederat, quos Deipar- enti noverat conjunctiores: SS. videlicet JOSEPHO, JOACHIMO, ET ANNÆ, atque hujus Vitam admodum crudite conscriptam à se, justo in quarto volumine edi- dit, id hoc Opere intendens, quod multis conabatur sermonibus,

pietatem nimirum adversus sa- cram Familiam excolere, populos que docere. Parentem suum Ignatium eximio religionis senatu venerabatur, cæterosque Familię suę Divos, quibus & S. Te- resiam à Jefu, Laurentium Mar- tyrem, egregium Ecclesia Do- ctorem Augustinum, S. Blasium, Apolloniam V. Divum Michae- lem Angelorum Coryphum, alios que sociabat, nec exiguis obse- quijs colebat. Demum, in An- mas piacularibus flammis addictas egregiè misericors, multis eas juvabat suffragijs, quibus ut à Fidelibus etiam magis levaren- tur & magis, Librum ejus argu- menti proculsi eruditione per- æque redundantē atque pietate.

351 Mortificationi deditus ab eo potissimum die, quo se in Societatem recepit, totos quin- quaginta octo annos constantif- simè eam tenuit: ter quater ve in hebdomada flagellis fæ crûen- tare solenne habuit, pluriesque insuper, scilicet in per vigilijs Fe- storum, quos ferventiori religio- ne excolebat, qua etiam in triclinio usus est corporis castigatio- ne, quoque Rectores Colle- gij obstatere, benemeriti ac grati- atannis & ætumnis viri cu- ram, ut par erat, habentes. Nec minus frequens ipsi fuit usus cil- cij, quo vel ipso teste Antonio, dis- cruciabat se nimis, quod hinc inde motus pro ijs quæ continuo ge- rebat ministerijs domi & foris, altius multò & acerbius cuspidi-

ta corpori tela hæcerent. Multoties jejunabat solo pane contentus & aquâ, jejunijque formam servabat etiam cum, valitudine coactus ægrâ, carnis vescebat, imo quotidianum dici jejunium ejus poterat, parciissimo viâ assueti, vixque non semper recusantis id ferculum, quod pro concionantibus, ea quæ dicunt die, condi sapidius in Societate solet. Multo impensius se dedit animi mortificationi, prouiderat victoriâ strenue & continuo decertans, vim sibi inferens quotidianam: nam temperiem fortius biliosam, & egredi vivacem animum, multas facile occasiones iræ & similium offendere erat, in tanta præcipue cum diversis hominibus coniunctidine, quibus cum pro munieribus suis agebat; ut tamen sibi temperare studuerat, mirum in modum naturæ impetus retardabat, & ne quidem prodere se, insigni quidem conatu & merito, permittebat.

352 Hinc insignis erat illa, qua fruebatur, adversus conviciantes modestia & misericordia, tanta quidem, ut publice jaçatas in ipsum audientem injurias non modo patientissimè tulerit, sed vero etiam pro maledicente intercesserit ita validè, ut nulla demù mulctatus pena fuerit, cui gravissimam Prælatus decreverat. Humilitatem sic habuit charam, ut in tangâ doctrinâ, virtutum, & laudum copia, sibi admodum

vilesceret, proditore Judâ deteriori rem se existimaret, aliorum sensa, per inde quasi ignarus, in arduis requireret (quibus sponte limatissima subjiciebat Scripta sua) invitus elogia honoresque sibi præstos pateretur, ageretque multis, ut nihili eum homines ducerent, vel fatuis vilissimis aggregarent. Hinc cum Bibliothecam evolvens Scriptorum Societatis JESU, in hac sibi alia inter ab Authore data incidisset elogia: *Pater Antonius Nuñez de Miranda, Natione Mexicanus, virtute ac litteris insignis, cohibere se non potuit, quin ea statim deleret, quorum loco suscepit ista: Pater Antonius Nuñez, frater natu major dementium ad S. Hippolyti* (hoc enim nota est titulo Mexici destinata pro mente captis domus) Paupertatis egregius cultor habitu eam reficerat semper arrito, omnibusq; indumentis, quibus deletabatur veteribus, multis que commissuris confarcatatis: nec adduci poterat novis ut uteretur, nisi Superiorum mandato; quorum expressam, & quæ usum præcederet omnem in re qualibet paupertatem concernente, licet, exadissimus requirebarat.

353 Certe, egestatem in delicijs habuit perpetuò, & postquâ decem centena millia & amplius uncialium argenteorum in pios secundum Dominorum voluntatem usus expenderat, testatus est Confessario suo in postremâ generali exomologesi, ne minimo

qui-

quidem scrupulo vexari vel quadrantis in suum unquam usum accepti. Dicere autem solebat, castitati fovendæ paupertatem maximopè deservire, ut, contrâ, luxum vestium & aliorum, impudicitia, ut propterea animi coporisque munditium eximiè coluerit, tanto paupertati devotus studio, cui caterarum officia virtutum adjecit, omnesque conatus & vires. Modestia fuit semper insigni, à colloquijs feminarum abhorrens, ni qua necessaria forent & brevia, cavens que ne oculos in ipsas intendebat, ac nulli parcens diligentia & labori, ut suo se & aliorum tactui subducebat & aspergat, verbis, etiam cum opus erat de venereis ea facere, parcifimus, paucis negotiis & consulta Mattimonij atque id genus alia concludens, quamvis cæterâ diffundi soleret in responsis suis, pro eximia qua pollebat eruditio eloquentiaque.

354 Postremo neutiquam in loco obedientiam habuisse, imo præ reliquis coluisse virtutibus ad senectam usque visus est, perinde quasi tyrocinium non dum egressus, Superioribus semper obtemperans, dura licet juventibus & admodum ardua, itineris scilicet difficillima, plena laboris opera, muniaque, ut videbatur, dedecentia, quin musitaret unquam, & vel, Deo sic permittente, graviter objurgatus ac sine causa, quod ipsum in Super-

Q2

tioribus coleret Deum, à cuius voluntate vel in minimo defletere duxerat religioni, atque ea de causa nec iota unum, nec unum apicem ex præscriptis à Societatis Regulis præteribat. Tot tantisque cumulatum virtutibus, donis itidem alijs Deus exornavit, quæ decori esse solent egregie Sanctis: Prophetæ lumine futura ut non raro præfigeret ac cerneret, abdita humani cordis timaretur, intuereturque arcana, & loco posita remotissimo haberet ob oculos: piacularibus addictas cruciatibus animas interdum videret audiretque, atque à mutata facie Imaginis Purissimæ Deiparentis, Soliditj sui tutelaris, portenta sepius auspicaretur verereturque insignia.

355 Ætate quidem gravis, nempe septem annis septuagenario major, continuoque attritus laboribus, ac malâ subinde valitudine afflictus, cæcuterat jam diu, suffusionibusque laboraverat, quis ut Ophthalmicus mederetur, Prælati, quorum Nostri nutibus & signis parebat, iurassunt; optato sane postlimino restituti luminis oculorum, sed vero etiam infastissimo cetera eventu, quod pleuritidem lachalem sit passus. Exhorruerat multis retro annis incertam mortis horam recognitans, singulis que præstolatus ipsam diebus ac noctibus, nam priusquam ira cœbitum, sacrâ se expiabat Confessio-

ne,